

LVCIVS TREVIRENSIS PATRICIVS.



LVCIUS TREVIRENSIS PATRICIVS.
Vcius Treueris ex magna familia natus inter suos populares magnam authoritatē ob rerum prudentiam obtinuit. Cum autem Romanus preses eius uxorem dolo uitiasset, ipse se ad Franco-nes Germaniæ contulit, & eos in Romanos concitauit, pollicitus se sua factione plurimum ipsorum partes adiuturū. Itaque Franci rege Hylderico Merouei filio, rebus omnibus instructi, Rhenum traīciunt, Romanos fundunt, atque Germaniam & Galliam Rheno adiacentem occupant. Eo tempore Moguntiacum, Vangionum urbem, Borbeto magum, & Nemetum expugnarunt, atque præsidij munierunt. Deinde progressi Lucij huius ope

ra Treuirorum Augustam recipiunt, atque magnam partem Galliæ suæ ditio-nis faciunt. Hinc factum ut Lucij nomen (cuius auspicijs illud bellum suscep-erant) longè lateq; decantatum fuerit. Auent.lib.2.